



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1765**

**VD18 90118243**

§.46. Ecelini progressus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](#)

quod obtinuit quantumlibet reluctantante Sæcul. XIII.  
Romanorum malevolentia. Tuebatur A C. 1258.  
eos Manfredus Brancaleonis fautor, quod  
Papam demissum cerneret, gaudio trium-  
phans. Ille Princeps suos bellicos sem-  
per progressus urgens, atque Sicilia, prin- Anon. p. 852.  
cipatu Tarentino, Apulia & agro Labo-  
rino potitus, Panormi se solenni ritu Re-  
gem coronari curavit die Dominica II.  
Aug. an. 1258.

### §. XLVI.

#### *Ecelini progressus.*

In Lombardia Ecelinus suum fratrem Albericum a Papæ partibus ad suas reduxerat: qui cum istum sicut Ecelinum ap. Rayn.  
u. 2. proscriptis fuisse, per litteras 3 Julii an. 1258 datas omnia utriusque mancipia, quorum magnus erat numerus, in libertatem asseruit una cum eorum prolibus ac nepotibus, qui Ecclesiæ obedirent. Anathematis consecutiones usque adeo extensas antea nunquam vidi.

Alexander primo sui Pontificatus anno in Marchiam Tarvisianam vicinasque Rayn. 1255.  
n. 10. provincias Philippum electum Archiepis- Mon. Pad.  
copum Ravennatem ut Legatum mise-  
rat, & probe gnarus, Ecelinum censuris Ecclesiæ parum tangi, per litteras 20 Dec. 1255 datas hunc Legatum sacræ militiæ classicum contra eum canere iusserat. Le-

R 3 gatus

**Sæcul. XIII.**  
A. C. 1258.

p. 599.

p. 602.

p. 603.

gatus magnum cruce signatorum numerum collegit, & quotidie fiebant preces ad cœli opem contra tyrannum accer- fendam. Hoc instructus exercitu Legatu s oppugnatum Patavium mense Janua- rio an. 1256 occupavit, ac biennio post exeunte Aprili an. 1258 Brixiam in de- ditionem accepit. At eodem anno die Veneris 30 Augusti Ecelinus Legatinus opinantis copias adortus conjectis in fu- gam Brixianis, qui magnam earum par- tem fecerant, inter plurimos captivos Le- gatum ipsum ac Episcopum Veronensem numeravit.

### §. XLVII.

#### *Bellum inter Venetos ac Ge- nuenses.*

Papa Alexander conabatur simul pacem Genuenses inter ac Pisanos confi- re, ob quædam Sardiniae bona, quæ sibi utraque urbs asserebat, bello implicitos. Duo Piores, Templariorum alter, alter hospitalis domus S. Joannis erant partium arbitri, quos Papa præ aliis constituit eo ex capite, quod Pisani cum Genuensibus ubivis gentium terra marique præcipue ad Ortum bellum gererent non sine pe- riculo reliquiarum, quas Franci in Palæ- stina habebant. Idcirco Papa simul Ar- chiepiscopum Messanensem tanquam Le- gatum